



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 98. Tertium ejusdem Senatus consultum contra quemdam libellum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

„rit. Hoc Officii imponit Vicariis Regii Sæc. XVIII.  
 „Procuratoris Generalis, illud, ut cu- A. C. 1712.  
 „rent diligenter & Senatum ante e-  
 „lapsum Mensem ea de re certio-  
 „faciant. „

## §. XCVIII.

*Tertium ejusdem Senatus edictum contra quemdam libellum.*

Insuperhabito prioris edicti rigore, passim varii spargebantur libelli, quibus Quesnelistæ suam causam tue-ri, aut motis novis difficultatibus magis intricatam reddere moliebantur: Hunc in finem perinde ac si Rex Noaillio Cardinali literas scripsisset, ad quas Cardinalis respon- sionem nulli alteri præterquam Regi exhibendam dedisset, continuato com- mento spargebant, eaque de re libel- lum sub titulo: *Responsio Cardinalis Noaillii ad illud scriptum, quod ipsi Rex tradere est dignatus*, sine ullo privile- gio aut facultate ediderunt; quo com- perto Regius Advocatus die quinta Junii in publico Regi Senatus confes- su exposuit, „summam Urbanorum Ma- „gistratum curam ac vigilantiam pro- „hibere non potuisse, quominus sparge- „retur, magisque ac magis indies vul- „garetur scriptum sine facultate edi-

D d 3 tum,

Sæc. XVIII. „tum, cui titulus; *Responsio* &c. quæ  
 A. C. 1712. „bus verbis indicant, scriptum com-  
 „missum a Rege Cardinali Noaillo, &  
 „responsionem a Cardinali datam, ne  
 „que alteri, quam Regi exhibendam  
 „atque adeo illos, qui hoc scriptum  
 „in vulgus spargere ausi sunt, si ve-  
 „rè ipsis fides habeatur, confiteri ultro  
 „se reos esse flagitiosæ cujusdam co-  
 „munitatis, qua in secretum maximè  
 „sacrum, atque inscrutabile irrepeti-  
 „tum moliti sunt, quasi nihil inaccessum  
 „aut inausum relinquere vellent temere  
 „curiosi homines, qui in id unum incumbunt,  
 „ut Ecclesiæ pacem disturbent,  
 „hanc ipsam, quam adhibent diligenti-  
 „am, ut sese cognitioni omnium sub-  
 „ducant, simul esse & novum indicium  
 „quo scelus eorum declaretur, & ne-  
 „cessarium argumentum, quo publicæ po-  
 „testatis, ac Magistratum studium ad-  
 „geri debeat, ut habita legitima inqu-  
 „sitione tanti sceleris Artifices depre-  
 „hendere conentur; verum etsi nondum  
 „appareat a quibusnam scelus hoc pro-  
 „fectum sit, scelus certe nihilominus  
 „apparere, atque esse manifestum,  
 „neque nimiam adhiberi posse diligen-  
 „tiam in propulsandis iis periculis, quæ  
 „ex ejus scripti divulgatione sequi po-  
 „tissent; quare supprimi omnino debent  
 „exemplaria omnia, quæ in vulgus  
 „tam

„tam insigni temeritate sparsa sunt; Sæc. XVIII.  
 „hoc se consilio adjutos existimasse, A. C. 1712.  
 „suarum esse partium, postulare a se-  
 „natu, ut illud scriptum prorsus abo-  
 „leatur, ac supprimatur, atque ejus  
 „deinceps edendi prohibitio pœnis gra-  
 „vissimis indictis sanciat, simul quo-  
 „que ipsis, ut liceat legitime inquirere  
 „in eos, qui ejus edendi aut promul-  
 „gandi auctores fuerunt; eo spectare,  
 „quas Senatui tradunt Conclusiones, ut  
 „provideat Senatus, & statuatur quod e  
 „re fore videbitur. „

Perlecto postea hoc scripto, & per-  
 pensis Regii Procuratoris rationibus,  
 Senatus jussit, ut præfatus libellus seu  
 scriptum editum sine Typographi No-  
 mine, sine privilegio aut facultate,  
 sine ulla Officinæ Typographicæ nota  
 prorsus aboleatur. „Quamobrem in-  
 „junxit omnibus, qui aliqua illius penes  
 „se habent exemplaria, ut ea, quam-  
 „primum apud Senatus publica tabu-  
 „laria deponant, prohibuit Typographis,  
 „librariis & circumforaneis propolis om-  
 „nibus, ne illud scriptum typis edant,  
 „vendant, venale exponant, aut qua-  
 „cunque ratione alia in vulgus dividant,  
 „indicta eorum, quæ apud eos reper-  
 „ta fuerint exemplarium publicatione,  
 „mille librarum mulcta, prætereaque,  
 „ut sui muneris ac Magisterii profitendi

Sæc. XVIII. „jure excidant, atque etiam pœnas cor-  
A. C. 1712. „pore luant, si secus faxint. Deinde  
 „præcepit, ut postulante procuratore  
 „Regio Generali inquiratur coram Ma-  
 „gistro Antonio Castagnere Senatore  
 „in eos, qui hunc libellum typis man-  
 „darunt, vendiderunt, aut alia ratione  
 „distribuerunt, atque insuper ut Sena-  
 „tus Decretum datum 3. Febr. proxi-  
 „me elapsi de libris, scriptis, Libellis, sine  
 „Auctoris aut Typographi Nomine,  
 „sine Regis Privilegio, aut Urbanorum  
 „Magistratum facultate editis, vim  
 „suam omnem obtineat. Et hoc præ-  
 „sens Senatus consultum legatur, pro-  
 „mulgetur, affigatur, ubicunque opus  
 „fuerit. „

## §. XCIX.

*Nova Quesnelistarum molimina.*

*Dorsanne*  
*Journ. t. I.*  
*pag. 38.*  
*Hode Hist.*  
*de Louis*  
*XIV. l. 63.*  
*pag. 241.*

Quamvis Quesnelistæ tot sua strata  
 gemata in irritum cecidisse cer-  
 nerent, nondum tamen exhaustis frau-  
 dum suarum fontibus ad omnes intenti-  
 erant casus, quibus Romanæ Curie  
 persuadere possent, Pontificis Consti-  
 tutionem contra Quesnellum edendam  
 in Galliis minime receptum iri: per-  
 opportuna eis acciderat controversia  
 Parlamenti Parisiensis cum Jesuitis:  
 cum enim P. Josephus Jouvencius in  
 con-